



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

6 Aduocati Consistoriales patrocinabantur causas electionum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

tropolitanarum, Cathedralium,
Abbatiarum, & Monasteriorum
Regularium. Verum quia ple-
rumque apparebant opposito-
res, & contradictores, resquè
in contiouersiam deduceban-
tur, Aduocatorum opera indi-
gebant; Ideo nè passim vnicui-
què liceret, penèstam celebrem
confessum illas patrocinari, & in
eis orare, selectus fuit ordo Ad-
uocatorum Consistorialium, qui
essent egregii Iurisperiti, &
non nisi solemni eorum pericu-
lo publico in eundem ordinem
cooptati, vt * soli huiusmodi
prouinciam aggressi, eorum
proprium munus esset, in Con-
sistorio coram Sacro Senatu,
electionum, aliasqè grauiores
cau-

TERTIVM. 99

causas Consistoriales nuncupatas pro altera parte tueri, vnde & ipsi Consistorialium nomen nacti fuerunt, quemadmodum testantur Vestr. in Praxi lib. 2. cap. 18. de Aduocatis Consistorialibus, ibique Grauat. ante num. 3. vers. iure igitur. Petr. Gregor. Tholof. Syntagmat. Iur. Vniuersit. lib. 49. cap. 6. num. 10. Azor Instit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 42. Leliās Zecchius de Republ. Ecclesiast. cap. 17. de Aduocat. Consistor. Scaccia de Iudic. lib. 1. cap. 65. num. 1. vers. & ad corroborationem . Cherubinus in compendio Bullarij ad Constitutionem 62. Sixti. V. Scholio primo.

Decrescentibus tamen postea

G 2 hu-

100 CAPVT

huiusmodi negotijs , & eligendi
facultate usurpatione quadam
in Principes translata , Aduocati
Consistoriales in hac specie fe-
rè ociosi sunt , teste Vestrio di-
cto cap. 18. num. 2. vers. hodie
tamen , & Cherub. dicto Scholio
7. 1. vers. hodie . Cæterum * nè
præteriorum memoria pereat ,
duxi lectores admonendos ,
quòd Propositio Causarum , &
Commissionum realium dura-
uit vsque ad Annum 1550. Iu-
bilei celebrati sub Julio Tertio;
In actis enim Consistorialibus
asseruatis per Cardinalem Vice
Cancellarium legitur fol. 85. in
Consistorio secreto habito die Lu-
næ 7. Nouembris 1547. Hiero-
nymum de Castello Aduocatum

Con-